R E C V L A

S. D. N. Domini Iulij *diuina prouidentia* Papæ III. *per quam declaratur quod constitutio perpetua alias superfructibus bene-ficiorum tempore obitus be-neficiatorum ine-xactis edita locum non habitat in locis in quibus collectore camere* Apo*stolice esse consueuerunt.*



REGVLA S. D. N. DOMINI Iulii diuina prouidentia Papæ III. per quã declaratur ꝙ cõstitutio perpetua alias super fructibus beneficiorum tẽpore obitus beneficiorum inexactis edita locum non habeat in locis in quibus collectores cameræ apostolicæ esse consueuerunt.



Otu proprio &c. dudum ex certis tũc expressis rationabilibus causis ꝑ quãdam constitutionem nostram perpetuo duraturam inter alia motu simili declarauimus nostræ intẽtionis nunquã fuisse nec esse ꝙ quiuis quorũcumq; beneficiorum ẽt Episcoporũ Archiepiscoporum Patriarcharum & aliorum Prelatorum ac. S. R. E. Cardinalium ubilibet etiam in Ro. Cu. aut eius districtu pro tem

pore decedẽtium siue ex testamẽto p
ipsos beneficiales etiã uigore quarun
cunq3 facultatũ eis in specie vel in ge=
nere etiã pretextu quorũcunq3 capitu
lorum ac statutorum & ordinationũ
etiã nostrorum sub quibuscunq3 teno
ribus & formis ac alias quomodolibet
concessorũ condito siue ab intestato
heredes fructus &c. ac pecunias & res
alias per ipsos sic defunctos beneficia
tos ẽt Episcopos Archiepiscopos Pa=
triarchas et alios Prelatos ac Cardina
les ante eorum obitum non exactos
etiã si pro tẽpore ante obitũ huiusmo
mi decurso deberentur ac eorum solu
tionis dies beneficiatis & Cardinali=
bus uiuẽtibus aduenisset ac per ipsos
beneficiatos & Cardinales non stetis=
set quo minus illos exigissent quini=
mo omnem pro illorũ exactione ne=
cessariam diligentiam ẽt iudicialiter
agendo fecissent quoquomodo exi=

gere aut etiam ſponte oblatos Preci-
pere tũc vel impoſterum poſſent ſed
ꝙ ex tunc decetero perpetuis futuris
téporibus fructus &c. ac pecunie &
res ut p̃fertur Inexacti huiuſmodi ad
ipſorum ſic defunctorũ beneficiatorũ
etiam Epiſcoporum Archiepiſcoporũ
Patriarcharum Prelatorũ & Cardina-
liũ in eccleſiis Monaſteriis & benefi-
ciis eccleſiaſticis quorũ fructus &c. ac
pecuniæ & res huiuſmodi eſſent ſuc-
ceſſores qui ex illis quorũ ſolutionis
dies ante obitum beneficiorũ huiuſ-
modi aduenIſſet omnia ipſorum bene
ficiatorum etiam Epiſcoporũ Archie
piſcoporum Patriarcharum Prelato-
rum & Cardinaliũ debita ad pias cau
ſas facta legata ſi ex aliis ipſorum be-
neficiatorum bonis ſolui nõ poſſent
ſoluere tenerentur libere deuenirent
nõ per eos & nõ heredes predictos exi
gi poſſent & ꝓpterea ſucceſſores in ec

clesiis monasteriis & beneficiis huius-
modi fructus &c. ac pecunias & res
per eorum prædecessores nō exactos
libere & licite percipere exigere & le-
uare ac solutis si aliūde unde soluerē-
tur nō esset debitis & legatis p̄dictis
quod residuum foret in suos usus &
utilitatem cōuertere posse sicq; in prę
missis casibus etiam tunc occurrenti-
bus seu pendentibus iudicari & diffi-
niri debere ac irritū &c. decreuimus
put ineadē constitutione quā in Can
cellaria apostolica publicari & ī illius
quinterno inter alias cōstitutiones p-
petuas ad perpetuam rei memoriam
describi uoluimus plenius cōtinetur.
Cum autem sicut nobis nuper inno-
tuit licet nos per cōstitutionē nostrā
prædictam solum Ecclesiis Monaste-
riis & beneficiis in locis in quibus col
lectores fructuum & prouentuum Ca
meræ apostolicæ debitorum deputa-

ri ſeu eſſe non conſueuerant conſiſtē-
tibus & circa que ius commune ſerua
ri debet prouidere intelexerimus ni-
hilominus diuerſe perſonæ eandē cō-
ſtitutionem noſtram ad eccleſias Mo
naſteria & beneficia etiam in locis in
quibus Collectores huiuſmodi depu-
tari ſeu eſſe conſueuerunt conſiſtētia
& in quibus diuerſe cōſuetudines di-
uerſaq; particularia iura ſeu priuilegia
vigent trahere & extendere conentur
contra mentem & intentionē noſtras
ac in fraudē & detrimentum quā plu-
rium nos fraudibus & defrumētis hu-
iuſmodi occurrere ac mentem & intē
tionem noſtras in præmiſſis declara-
re volentes motu ſimili &c. Conſtitu
tionem eandem ſolum eccleſias Mo-
naſteria ac beneficia eccleſiaſtica in lo
cis in quibus Collectores prædicti de
putari ſeu eſſe non conſueuerāt com-
prehendere & ad ea tantum extendi

nec in ecclesiis Monasteriis & benefi=
ciis in locis in quibus iidem Collecto
res deputari seu esse cõsueuerunt cõ=
stituentibus locum habere aut effe=
ctum aliquem sortiri posse aut delere
Et omnino ea nõ obstante cõsuetudi=
nes et particularia iura seu priuilegia
cuiuslibet loci in quo collectores hu=
iusmodi deputari seu esse cõsueuerũt
In primissis vigentia obseruari & exe=
cutioni demandari sicq; in præmissis
omnibus & singulis etiam ad præsens
occurentibus casibus seu pendẽtibus
causis per quoscunq; &c. sublata &c.
iudicari & diffiniri debere ac irritum
&c. decernimus & declaramus non
obstan.omnibus que in eadem consti
tutione nostra voluimus non obstare
præsentes in præfata Cancellaria ut
præmittitur publicari & describi de=
bere decernentes.

Lecta & publicata fuit supradicta Regula siue declaratio Romæ in Cancellaria Apostolica Anno incarnationis Dominicæ. Millesimo quingentrsimo quinquagesimo primo die vero Iouis decimaoctaua Mensis Iunii Pontificatus prælibati Sanctissimi Domini nostri D. Iulii diuina prouidentia Papæ. III. Anno secundo.

A. Lomelinus Custos.